

DE XII. GEMMIS

V.

Sapphirus. Σάπφειρος. Hebr. Sappir, ספיר. Esse quidem hanc Sapphirū vel ipsum Hebraicum nomen loquitur: ut non sint audiendi Iudei, qui gemmæ huic colorem rubrum aut candidum tribuunt: aliqui tamen aërei, id est, subcœrulei coloris esse rectè scribunt. Sunt qui crystallum vertant. R. David Kimhi in radicibus tradit lapidem esse qui super incude non rumpatur, sed incus potiùs: albi & puri coloris: quæ duo Adamanti, non Saphiro conueniunt.

V. I.

Iaspis. יַאֲסָוִיס. Hebraicè Iahalom, יַחַלֹּם. Munsterus & Fagius Adamantè reddūt. De hoc Abenezra sic scribit: Magnus sapiens Hispanus dicit eum esse lapidem, qui alio nomine almas [*corruptum pro adamas*] vocetur: & frangat omnes lapides, atq; etiam bedellium [*vniones aliqui interpretantur*] perforet: à verbo halam, quod est percussere,

tere,